

[1] Nesciens mater

Walter Lambe

[3] Nesciens mater

Plainchant

Nesciens mater virgo virum peperit sine dolore
Salvatorem saeculorum, ipsum regem angelorum sola
virgo lactabat ubere de caelo pleno.

Not knowing a man, the virgin mother without pain gave
birth to the Saviour of the ages; to the very King of angels
the virgin alone gave milk from her heaven-filled breasts.

[2] Magnificat

William, Monk of Stratford

[6] Magnificat

Hugh Kellyk

Magnificat anima mea Dominum.
Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo,
Quia respexit humilitatem ancille sue, ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos
mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini
eius in secula.
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper:
et in secula seculorum. Amen.

My soul doth magnify the Lord,
And my spirit rejoiceth in God my Saviour.
For He hath regarded the lowliness of His handmaiden:
for, behold, from henceforth all generations shall call me blessed.
For He that is mighty hath magnified me, and holy is His Name.
And His mercy is on them that fear Him throughout all generations.
He hath shewed strength with His arm; He hath
scattered the proud in the imagination of their hearts.
He hath put down the mighty from their seat, and hath
exalted the humble and meek.
He hath filled the hungry with good things; and the rich He hath sent empty away.
He remembering His mercy hath holpen His servant Israel,
As He promised to our fathers, Abraham, and to his seed for ever.
Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost;
As it was in the beginning, and is now, and ever shall be,
world without end. Amen.

[4] St Matthew Passion, the Trial before Pilate and the Crucifixion

Richard Davy

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Mattheum
...Jesus autem stetit ante praesidem: et interrogavit eum
praeses dicens: Tu es rex Judaeorum? Dicit ei Jesus: Tu
dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et
senioribus nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis
quanta adversum te dicant testimonia? Et non respondit
ei ad ullum verbum ita ut miraretur praeses vehementer.
Per diem autem sollemnem consueverat praeses
dimittere populo unum vinctum quem voluissent habebat
autem tunc vinctum insignem qui dicebatur Barabbas [qui
propter homicidium missus fuerat in carcerem].
Congregatis ergo illis dixit Pilatus: *Quem vultis dimittam
vobis, Barabbam an Jesum qui dicitur Christus?* Sciebat
enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem
illo pro tribunali misit ad illum uxor eius dicens *nihil tibi et
iusto illi multa enim passa sum hodie per visum propter
eum.* Principes autem sacerdotum et seniores
persuaserunt populis ut peterent Barabbam Jesum vero
perderent. Respondens autem praeses ait illis: *Quem
vultis vobis de duobus dimitti?* At illi dixerunt: *Barabbam.*

The Passion of our Lord Jesus Christ according to Matthew
...Jesus stood before the governor: and the governor asked
Him, saying, Art thou the King of the Jews? And Jesus said
unto him, Thou sayest. And when He was accused by the
chief priests and elders, He answered nothing. Then said
Pilate unto Him, *Hearst thou not how many things they
witness against thee?* And He answered him to never a
word; insomuch that the governor marvelled greatly. Now at
[that] feast the governor was wont to release unto the
people a prisoner, whom they would. And they had then a
notable prisoner, called Barabbas [who, for murder was
cast in prison (Luke 23: 19)]. Therefore when they were
gathered together, Pilate said unto them, *Whom will ye that
I release unto you? Barabbas, or Jesus which is called
Christ?* For he knew that for envy they had delivered Him.
When he was set down on the judgment seat, his wife sent
unto him, saying, *Have thou nothing to do with that just
man: for I have suffered many things this day in a dream
because of Him.* But the chief priests and elders persuaded
the multitude that they should ask Barabbas, and destroy

Dicit illis Pilatus: *Quid igitur faciam de Jesu qui dicitur Christus?* Dicunt omnes *crucifigatur* ait illis praeses: *Quid enim mali fecit?* At illi magis clamabant dicentes: *Crucifigatur.* Videns autem Pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret accepta aqua lavit manus coram populo dicens: *Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos videritis.* Et respondens universus populus dixit: *Sanguis eius super nos et super filios nostros.* Tunc dimisit illis Barabbam Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Jesum in praetorio congregaverunt ad eum universam cohortem et exuentes eum clamydem coccineam circumdederunt ei et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius et arundinem in dextera ejus et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes: *Ave rex Judaeorum.* Et expuentes in eum acceperunt arundinem et percutiebant caput ejus et postquam illuserunt ei exuerunt eum clamide et induerunt eum vestimentis ejus et duxerunt eum ut crucifigerent exeuntes autem invenerunt hominem cyreneum nomine Simonem hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus et venerunt in locum qui dicitur Golgotha quod est calvariae locus et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum et cum gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum diviserunt vestimenta eius sortem mittentes, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem diviserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes servabant eum et inposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judaeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones unus a dextris et unus a sinistris. Praetereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua et dicentes: *Vah, qui destruit templum et in triduo reaedificas illud salva te ipsum si Filius Dei es descende [nunc] de cruce.* Similiter et principes sacerdotum illudentes ei cum scribis et senioribus dicebant: *Alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere si rex Israhel est descendat nunc de cruce et credemus ei confidet in Deo liberet [nunc] eum si vult dixit enim quia Filius Dei sum.* Id ipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo inproperabant ei. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens: *Eloy, Eloy, lema sabachthani?* Hoc est: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Quidam illic stantes et audientes dicebant *Heliam vocavit iste.* Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto et inposuit harundini et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: *Sine videamus an veniat Helias liberare eum.* Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum et terra mota est et petrae scissae sunt et monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt et exeuntes de monumentis post

Jesus. The governor answered and said unto them, *Whether of the twain will ye that I release unto you?* They said, *Barabbas.* Pilate saith unto them, *What shall I do then with Jesus which is called Christ?* [They] all say unto him, *Let Him be crucified.* And the governor said, *Why, what evil hath He done?* But they cried out the more, saying, *Let Him be crucified.* When Pilate saw that he could prevail nothing, but [that] rather a tumult was made, he took water, and washed [his] hands before the multitude, saying, *I am innocent of the blood of this just person: see ye [to it].* Then answered all the people, and said, *His blood [be] on us, and on our children.* Then released he Barabbas unto them: and when he had scourged Jesus, he delivered [Him] to be crucified. Then the soldiers of the governor took Jesus into the common hall, and gathered unto Him the whole band [of soldiers]. And they stripped Him, and put on Him a scarlet robe. And when they had platted a crown of thorns, they put [it] upon His head, and a reed in His right hand: and they bowed the knee before Him, and mocked Him, saying, *Hail, King of the Jews!* And they spit upon Him, and took the reed, and smote Him on the head. And after that they had mocked Him, they took the robe off from Him, and put His own raiment on Him, and led Him away to crucify [Him]. And as they came out, they found a man of Cyrene, Simon by name: him they compelled to bear His cross. And when they were come unto a place called Golgotha, that is to say, a place of a skull, They gave Him vinegar to drink mingled with gall: and when He had tasted [thereof], He would not drink. And they crucified Him, and parted His garments, casting lots: that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, They parted My garments among them, and upon My vesture did they cast lots. And sitting down they watched Him there; And set up over His head His accusation written, THIS IS JESUS THE KING OF THE JEWS. Then were there two thieves crucified with Him, one on the right hand, and another on the left. And they that passed by reviled Him, wagging their heads, And saying, *Thou that destroyest the temple, and buildest [it] in three days, save Thyself. If Thou be the Son of God, come down from the cross.* Likewise also the chief priests mocking [Him], with the scribes and elders, said, *He saved others; Himself He cannot save. If He be the King of Israel, let Him now come down from the cross, and we will believe Him. He trusted in God; let Him deliver Him now, if He will have Him: for He said, I am the Son of God.* The thieves also, which were crucified with Him, cast the same in His teeth. Now from the sixth hour there was darkness over all the land unto the ninth hour. And about the ninth hour Jesus cried with a loud voice, saying, *Eli, Eli, lama sabachthani?* that is to say, *My God, My God, why hast Thou forsaken Me?* Some of them that stood there, when they heard [that], said, *This [man] calleth for Elias.* And straightway one of them ran, and took a sponge, and filled [it] with vinegar, and put [it] on a reed, and gave Him to drink. The rest said, *Let*

resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Jesum viso terraemotu et his qui fiebant timuerunt valde dicentes: *Vere Dei Filius erat iste*. Erant autem ibi mulieres multae a longe quae secutae erant Jesum a Galilaea ministrantes ei inter quas erat Maria Magdalene et Maria Iacobi et Ioseph mater et mater filiorum Zebedaei...

[5] Stabat mater

John Browne

Stabat mater dolorosa
Iuxta crucem lacrimosa
Dum pendebat filius.

Cuius animam gementem
Contristantem et dolentem
Pertransivit gladius.

O quam tristis et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater unigeniti.

Que merebat et dolebat
Dum videbat et gerebat
Poenas nati incliti.

Quis est homo qui non fleret
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio.

Quis non potest contristari
Piam matrem contemplari
Dolentem cum filio.

Eia mater fons amoris
Me sentire vim doloris

Fac ut tecum lugeam.
Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum
Ut sibi complaceam.

be, let us see whether Elias will come to save Him. Jesus, when He had cried again with a loud voice, yielded up the ghost. And, behold, the veil of the temple was rent in twain from the top to the bottom; and the earth did quake, and the rocks rent; And the graves were opened; and many bodies of the saints which slept arose, And came out of the graves after His resurrection, and went into the holy city, and appeared unto many. Now when the centurion, and they that were with him, watching Jesus, saw the earthquake, and those things that were done, they feared greatly, saying, *Truly this was the Son of God.* And many women were there beholding afar off, which followed Jesus from Galilee, ministering unto Him: Among which was Mary Magdalene, and Mary the mother of James and Joses, and the mother of Zebedee's children...

The sorrowful mother stood
weeping at the foot of the Cross
as her Son hung upon it.

Her groaning heart,
sorrowing alongside and grieving,
was pierced by a sword.

O how sad and afflicted
was that blessed
mother of the Only-Begotten!

How she grieved and suffered
as she watched and pondered
the agony of her glorious Son!

Who is the man who would not weep
to see the mother of Christ
in such great torment?

Who could not sorrow with her
thinking on this pure mother
sorrowing together with her Son?

O mother, what a fount of love!
that I might feel the power of that sorrow,
would that I might mourn with you!

Would that my heart might burn
with love for Christ my God,
that I might please Him!

Stabat mater rubens rosa
luxta crucem lacrimosa
Videns fere criminosa
Nullum reum crimine.

Et dum stetit generosa
luxta crucem lacrimosa
Plebs tunc canit clamorosa:
Crucifige crucifige.

O quam gravis illa poena
Tibi virgo poene plena
Commemorans preamoena
am versa in mestitiami.

Color erat non inventus
In te mater dum dementus [detentus]
Stabat natus sic contentus
ad debellandum Sathanam.

Per hec nata preamata
Natum tuum qui peccata
Delet cuncta perpetrata
Deprecare dulciflue

Ut nostra tergens ingrata
in nobis plantet firme grata
Per quem dando prelibata
Prestet eterna requie.
Amen.

[7] Jesus autem transiens / Credo in Deum

Robert Wylkynson

Jesus autem transiens

[*Petrus*] Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae.

[*Andreas*] Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum,

[*Jacobus*] Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine,

[*Johannes*] passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus,

[*Thomas*] descendit ad inferna,

tertia die resurrexit a mortuis,

[*Jacobus minor*] ascendit ad caelos, sedet ad dexteram

Dei Patris omnipotentis,

[*Philippus*] inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

[*Bartolomaeus*] Credo in Spiritum Sanctum,

[*Matthaeus*] sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem,

[*Simon*] remissionem peccatorum,

[*Judas Thaddeus*] carnis resurrectionem,

[*Matthias*] et vitam aeternam.

Amen.

The mother stood, a reddening rose,
weeping at the foot of the Cross
as she saw treated as a criminal
Him who had done no crime.

And as she stood overwhelmed,
weeping at the foot of the Cross,
the crowd roared cacophonously
“Crucify him, crucify!”

O how deep was the pain
you felt, virgin so full of pain,
remembering former joys
now turned to utter sadness!

No colour was to be found
in you, mother, while in torment
stood your Son, content to be so treated
in order for Satan to be defeated.

By all this, highly-favoured lady,
may your Son, who cancels
all the sin which we have committed,
be entreated with sweet prayers,

That, wiping away our uncleanness,
in us He might plant His grace
and His promises might be fulfilled
in everlasting peace.
Amen.

But Jesus passing through the midst of them...

[*Peter*] I believe in God the Father Almighty, Maker of heaven and earth:

[*Andrew*] And in Jesus Christ His only Son our Lord,

[*James*] Who was conceived by the Holy Ghost, Born of the Virgin Mary,

[*John*] Suffered under Pontius Pilate, Was crucified, dead, and buried;

[*Thomas*] He descended into hell [Hades];

the third day He rose again from the dead;

[*James the less*] He ascended into heaven, And sitteth on

the right hand of God the Father Almighty;

[*Philip*] From thence He shall come to judge the quick and the dead.

[*Bartholomew*] I believe in the Holy Ghost;

[*Matthew*] The Holy Catholic Church; The communion of saints;

[*Simon*] The forgiveness of sins;

[*Judas Thaddeus*] The resurrection of the body;

[*Matthias*] And the life everlasting.

Amen.